nec filijs parceret nascituris: siml̄
om̄s tribili maledicto & necessitati
mortis adiciens. **A**dā quoq; idig
nacioni diuine mulierē p̄ qua pecca
uerat obiecit: quasi post tergū eius
uolens declinare sagittā. **V**idit enī
mulier lignū qd̄ erat pulchrū ual
de & ad uestendū suauē. & a serpen
te audierat: tanqm̄ deos se se futu
ros. **F**unicl̄s triplex difficile rum
pitur. curiositatis: uoluptatis: &
uauitatis. **N**ec sola mūdus hab;
p̄cupiscenciā carnis. cōcupiscenciā
oculor: & supbiā uite. **H**us abstrac
ta & illecta. m̄iam omnē crudelis
mat̄ abiecit. **S**ic & adā qui mu
lieri male misertus est ut cū ea
peccaret. bene noluit miseri aut
penā sustinē p̄ ea. **P**rimata ē eciā
ueritate mulier. primo quidē ma
le detorquens qd̄ audierat: morte
morieris. & dicens ne forte moriam̄.
demū serpenti credens penitus ab
neganti & dicenti: nequaqm̄ mori
em̄. **P**uatus est & adā ueritate.
ubi eam erubuit p̄fiteri: uolatilia

excusacionū opimenta p̄tendens.
Siquidē ip̄a dicit. qui erubuit me
coram homib; erubesto et ego eū.
Pacem quor; p̄tinus amiserūt. q̄a
nō est pax impijs dicit dñs. **N**onne
enī contrariā legē inueniant in mē
bris suis. quos de nouo pudere ce
pat nuditatis. **T**imui misit eo qd̄
mūdus essem. **N**on sic miser nō sic
paulo ante timebas. n̄ quebas folia
licet corpe nud; sicut & modo. **E**
hoc sane ut p̄ph̄e illius pabolam p̄
sequam̄. qui sibi obuiasse eas & re
conciliatas in ostulo memorauit.
grauis quidē int̄ uirtutes uidet̄
orta p̄tencio. **S**iquidē uitas & ius
ticia miserū affligebant. pax & mi
sitoria zeli hui; exptes: iudica
bant magis eē parcendū. **D**unt
enī collactānee hee due sibi. quem
admodū & priores. **V**nde et fr̄m̄ ē
ut p̄seuuantibus illis iulcōne & p̄ua
ritatorē hinc inde cedentib;. p̄ntesq;
molestias fufi cumlantibus p̄mi
nacione supplitij: ille secedent in cor
patris: redeuntes ad dñm qui de
dit. **S**olus siquidē ip̄e cogitacōes
patis cogitabat. cū afflictōis ple
na om̄ia uiderent. **S**iquidem nō
cessabat pax. n̄ ei misericōdia dabat
silenciū: s; pio quodā susurrio
paterna pulsantes mis̄a loquebā
tur. **N**unq̄o metnū p̄ciēt d̄s. aut
n̄ apponet ut p̄placitor sit ad huc.
Nunq̄o obliuistet miseri d̄s: aut
p̄tinebit iura sua m̄ias suas. **E**
qm̄ius diu mltūq; uisus sit dissi
mulare pat̄ mis̄acionū. ut itim

satisfacēt zelo iusticie et ueritatis.
n̄ tam infructuosa sunt supplicāciū
importunitas. s̄ exaudita ē in tem
pore oportuno. Forte enī mēpellan
tibus tale dicatur dedisse respon
sum. **U**sq; quo preces ure. **D**ebi
tor sum ⁊ sororibus ur̄is quas ac
ciuitas uidetis ad faciendā uindictam
in natiōib; iusticie ⁊ ueritati. **V**ocen
tur. ueniant. ⁊ sup hoc ūbo pariter
conferam. **F**estinant ergo legati ce
lestes. ⁊ ut uidere miserā hominū
⁊ crudelē plagam. ⁊ ip̄sa loquatur
angli pacis amare flebāt. **Q**ui
enī fidelis que ad pacē sunt que
rant quā angli pacis. **S**ane ex
delibacōne muni ascendit uitas
ad constitutā diem. s̄ ascendit usq;
ad nubes. nec oī plane lucida. s̄
subobscura ⁊ obnubilata ad huc ze
lo indignacōis. **F**ctū est ut legim;
in ip̄sa. dñe in celo mīa tua. ⁊ ueri
tās tua usq; ad nubes. **M**edius autē
pat̄ luminū residebat. ⁊ utraq; pro
parte sua qd̄ habebat utilius loque
batur. **Q**uis putas illi colloquio
meruit int̄ esse ⁊ indicabit nobis.
Quis audiuit ⁊ enarrabit. **F**orte i
enarrabilia sunt. ⁊ n̄ licet homini
loqui. **S**ūma tam̄ controuersie
tocius. hec fuisse uidet. **E**get
mīlacōne creatura racōnalis. aut
mīa. qm̄ mīseā sc̄a est ⁊ mīlabilis
ualde. **V**enit temp̄ miserendi ei.
quia iam p̄terit temp̄. **C**ontra
uitas. oportet m̄q̄ impleri s̄ ino
nē que locutus es dñe. totus mo
riatur adam necesse est cū om̄ib;

qui in eo erant qua die uetitū po
mū in p̄uaricacōne gustauit. **U**t
quid ergo ait mīa. ut quid me ge
nuisti pater. cicius p̄turā. **D**icit
enī uitas ip̄a qm̄ mīa tua p̄t et
nulla est. si nō aliqñ miseris. **D**i
nihil autē ⁊ illa econtrario loqueba
tur. **Q**uis enī uestiat qd̄ si p̄ocam
sibi p̄uaricator. sententiā mortis e
ualerit. p̄t n̄ p̄manebit iam met
nū uitas tua dñe. **E**cce uero un;
de cherubin ad regem salomonē
suggit eē mittendas. qm̄ filio iust
datū est omne iudiciū. **E**t in eius
ḡ aspectu mīa ⁊ uitas obuiauerūt
sibi. eadē que sup̄ mēnū uerba
querimonie repetentes. **F**ateor autē
uitas zelū bonū habet mīa. s̄ uti
nam scdm̄ sc̄iam. **N**ūc autē quid
p̄uaricatori potius qm̄ sorori iudi
cat eē partendū. **A**t tu m̄q̄ mi
sēcordia neutri partis. s̄ tanta in
dignacōne seuis in p̄uaritatore
ut iuoluas parit̄ ⁊ sororē. **Q**uid
male merui. **S**i quid habes adū
sū me dicato mi. **S**im autē. quid me
p̄sequeris. **G**randis p̄trouisia
fr̄es. ⁊ intricata muni disceptacō
Quis n̄ illic dicet. bonū nob̄ erat
si uatus nō fuisset homo iste. **H**ic
erat dilectissimi. om̄i no sic erat. n̄
uidebat qm̄ erga hoīem siml̄ m̄
sēcordia ⁊ uitas possent cōseruari.
Sumq; adiceret uitas m̄p̄m ip̄
iudicē partis sue mīa retorquere
dicens. cauendū om̄ino ne fieret
irritū ūbū patris. ne sermo un;
⁊ efficac̄ qualibet occasione eua

cuaret. parcite q̄so aut par. parci-
te ubi huiusmodi: nō uos talis alt-
cacio decet: uirtutū est inhonesta
otentio. Porro uider inclinans se
digito scribebat intra. Prout aut
ūba scripture que par ip̄a legit in
aurib⁹ om̄iū. ea siquidē p̄ius alli-
debat. Nec dicit p̄i si adam n̄ mo-
riatur. et hec dicit p̄i nisi m̄iam
p̄sequat. Fiat mors bona et h̄t utra-
q; qd̄ petit. Obstupuere om̄s in ū-
bo sapie. et forma p̄p̄ositionis parit̄
atq; iudici. Siquidē manifestum
fuit nullā eis querimouie occasio-
nē relinqui. siquidē fieri posset
qd̄ utraq; petebat. ut et moreret
adam et p̄sequer̄ m̄iam. S; id quom̄
fiet inquit. Mors crudelissima
et amarissima mors triblis et ip̄o hor-
renda auditu: bona fieri quam
fieri potit ratōne. At ille. Mors
m̄it̄ p̄cōr̄ pessima. S; p̄ciosa potest
fieri mors scōr̄. An n̄ erit p̄ciosa si
fuit uite ianua. porta gl̄e. Preci-
osa inquit. S; qui fiet istud. Fie-
ri ait potest. si excaitate moriatur
quis. utiq; qui nichil debeat mor-
ti. Neq; enī detinere potit mors ī-
uoxiū. S; forabitur ut scriptū est
maxilla leuiathan. et destruet̄ pa-
ries medius. soluetq; chaos mag-
nū. qd̄ n̄t̄ mortē uitāq; firmatū
ē. Nimirū caritas fortis ut mors
īmo et fortior morte. si fortis illius
intrauit atriū alligabit eū et diri-
piet utiq; uasa eius. S; et ip̄o tran-
situ suo ponet p̄fundū maris uia
ut t̄seant liberati. Bonus visus

40
est sermo ut pote fidelis et dignus
om̄i acceptatione. S; ubi potit ille
innocens inueniri. qui mori uelit
n̄ ex debito: nō ex malo m̄ito: S; ex
beneplacito suo. Circuit ueritas
orbem t̄re. et nemo m̄idus a corde.
nec infans cui est un⁹ diei uita sup-
t̄ram. S; et m̄ia celū om̄e plustrat.
et in anglis quorū ne dixim̄ prauita-
tē. minorē inueit̄ caritatē. Nimi-
rū alij hec uictoria debebat. quo ma-
iorē nemo caritatē haberet. ut aīam
poneret p̄ seruis inutilib⁹ et indignis.
Nam et si ip̄e iam nō dicit nos seruos.
hoc ip̄m̄ in m̄se dilectōis est. et exi-
mie dignacōis. Nos aut̄ et si om̄ia
que p̄cepta sunt nobis facem⁹. quid
aliud dicē deberem⁹ nisi quia serui
inutiles sum⁹. S; quis enī sup̄ hoc
uenire p̄sumeret. **B**eteunt
ad p̄stituta diē. uitas et m̄ia. anxie
plurimū n̄ in uento qd̄ desiderabant.
Cum uō seorsū par consolans eas.
uos inq̄t uestitis quit̄m̄ nec cogi-
tatis. n̄ est qui faciat bonū hoc n̄
ē usq; ad unū. Qui consiliū dedit.
ferat auxiliū. Intellexit rex qd̄
loquetur. et ait. Peuitet me fe-
cisse hōiem. Pena inq̄t me tenet.
m̄ incubit sustinē penā. penā iam
agē p̄ hōiē que creau. Tunc
ergo dixit. Ecce uenio. Non enī
potest hic calix t̄sire nisi bibam
illū. Et accersito p̄cū gabriele.
uade inq̄t dic filie syon. ecce rex
tuus. Festinauit ille et ait. Ad-
orna thalamū tuū syon. et suscipe
regem. Porro uenturū regem.

mīa & uitas p̄uenerūt. sicut scrip-
tū est. Misēria & uitas p̄cedent faci-
em tuā. Iusticia thronū p̄parabat
scdm̄ illud. iusticia & iudiciū p̄pato-
sedis tue. Pax cū rege uenit. ut
p̄phā fidelis inuēret. qui dixat pax
erit in t̄ra n̄ra cū uenit. Inde ē qd̄
nato dño angloꝝ chorus canebat.
pax in t̄ra hōib⁹ bone uoluntatis
Sed tunc iusticia & pax osculate
sunt. que n̄ modice uidebant̄ hac-
ten⁹ dissidere. Prior enī si qua eāt
ex lege iusticia n̄ osculū. sed aculeū
magis habebat. uirgens magis
timore. qm̄ puocans dilectōne. **S**
nec habuit illa recōciliatōne. sicut
h̄t nūcque ex fide noscīt̄ eē iusti-
cia. Alioq̄m̄ quid eāt qd̄ nec abra-
ham nec moyses nec ceti iusti tem-
p̄is illius in obitu suo pacē illam
b̄titudis et̄ne app̄hende. aut reg-
nū pacis potant̄ intrare. nisi qd̄
m̄ime ad huc iusticia & pax se se
fuant̄ osculāte. **E**x hoc sane di-
lissimū feruenciore nob̄ zelo sectā
da iusticia ē. **S**iquidē iusticia et pax
osculate sunt & indissolub̄le ami-
ciciā m̄iere fedus. ut quicūq̄ tel-
timoniū iusticie secū tulit. hyla-
ri uultu iam & amplexib⁹ letis ex-
cipiat̄ a pace. in idip̄m̄ dormiens
& requiescens. **I**tem **u**ite **s**upra

Quod iudicare est fr̄es
in sollempnitate
hodierna dñice
annūciatōnis ue-
lut amenissimā
quandā planitiē.

simplicē n̄re repacōnis hystoriam.
In uingit̄ noua legatō angloꝝ gabri-
eli. & nouā uirgo p̄fessa uirtutem.
noue salutacōis honorat̄ obsequio.
Antiqua excludit̄ maledictio muli-
erū. nouā noua mat̄ accipit bene-
dictionē. **I**mplet̄ p̄grām que p̄cu-
piscenciā nescit. ut sp̄u sup̄uicente
altissimo pariat filium. que uirū
dedignat̄ admittē. **I**ntrat ad nos
eadem porta salutis antidotū. qua
uenenū serpentis in̄grediens uiuū
sitate quis occuparat humani. **I**n
nīos huiusmodi flores ex h̄is fa-
cile est legē pratis. s̄ intueor medi-
am metuende p̄funditatis abyssiū.
Abyssus plane in̄p̄scrutabilis in-
carnatōis dñice sac̄mentū. abyss⁹
impenetrabil⁹. s̄ibū caro sc̄m̄ est.
& habitabit in nobis. **Q**uis enī uel-
tigit. quis attingat. quis app̄hen-
dat. **P**uteus altus ē. & in quo
hauriam n̄ est in. **V**erūtām so-
let in̄dū sup̄posita puteis humec-
tare linteamina uapor exalans.
Ppterea sane lit̄ irrumpe uerear-
p̄e p̄sciū infirmitatis. frequent̄
tamē uelut sup̄ os hui⁹ putei exp̄a-
do ad te dñe man⁹ meas. p̄ eo quod
aīa mea sicut t̄ra sine aqua tibi.
Et nūc siquid ē qd̄ ascendente de-
orsū nebula tenuis ebibit cogita-
cio. uobis fr̄es modicū illud sine i-
uidia p̄mūtare p̄posui. uelut exp̄s-
so linteamine uel exigua refin-
dens celestis stillitidia rois.
Quero igit̄ qua racōne fili⁹ magis
icarnat⁹ sit qm̄ p̄r aut sp̄e sc̄us. cū

totius trinitatis n̄ in equalis sit
gl̄a. s̄ et vna eademq; substantia.
His quis cognouit sensū dñi? aut
quis cōsiliarius eius fuit. **A**l-
simū est mystiū. nec nos oportet
temē sup hūtemodi p̄cipitare sen-
tentiā. **V**idet tam̄ nec p̄is n̄ sp̄c
īcarnatōne in pluralitate filior̄ ef-
fugisse cōfusionē. dū alius di alius
hōis filius dicitur. **V**idetur et id
marie congruū. ut is speciali filio
fieret qui filius erat. ne quid esset
ambiguitatis in noīe. **D**eniq; ip̄a
est uirginis n̄re gl̄a singularis. et excel-
lens p̄rogatiua marie? quod filiū
vñ eundemq; cū dō patre meruit
h̄re p̄mūne. qm̄ sane p̄isse constat
si n̄ filius incarnaret. **H** nec nob̄
similis alia dari posset occasio spe-
rande salutis et h̄editatis. **F**actus
siquidē p̄mōx̄it̄ in mltis fratrib̄
qui vngētus erat. ascisset eos sine
dubio in h̄editatē. quos uocauit
in adoptionē. **S**i enī fr̄es. et cohere-
des. **S**ic q̄ xp̄c ille mediator fi-
delis sicut in p̄sona vna di hōisq; sub-
stantiā copulauit ineffabili sacramento.
sic et in ip̄a reconciliatōne p̄silio usul
aptissimo? mediā nō deseruit equita-
tem. utrisq; tribuens qd̄ oportebat?
honore deo. homi miseratōne.
Nec enī optima int̄ offensū dñi et
reū seruū forma p̄positōis. ut nec
honorandi dñi zelo seruus opp̄mat̄
austiore sententiā? nec rur̄sū dum
hūc p̄descendit̄ in modaciū. ille
debito fraudet̄ honore. **A**udi igit̄
et diligent̄ observa anglicā in hui?

71
mediatoris orni distribuōne. **M**ā
inquit̄ i altissimū dō. et intra par
hōnibus bone uolūtatis. **H**uius
deniq; gr̄a obseruatōnis fidei reco-
ciliator xp̄o nec timoris sp̄c defuit
quo pat̄ semp̄ reuēntiā exhiberet.
semp̄ ei deferret? semp̄ ei quereret
gl̄am. nec sp̄c pietatis. quo miseri-
cordit̄ p̄p̄atetur hōnibus. **V**nde
et necessariū quoq; habuit spiritū
scie. p̄quē timoris p̄ter et pietatis
distribuō fieret in p̄silia. **E**t nota
qd̄ in p̄mo illo parentū n̄rōr̄ p̄cto-
res quoq; auctores extitunt. sed
manifeste defuerūt tria trib̄. **D**ico
enī euā. dyabolū. et adam. **N**ō h̄nt
euā sciam. que ut ait ap̄ls. seducta
ē in p̄uaricatione. **V**erū hec qui-
dē serpenti n̄ defuit. qui callidior
describit̄ cetis aiāntib̄. s̄ pietatē
malignus n̄ habuit. qui homicida
sc̄is est ab̄micio. **A**dā nero pius
forte uidetur mulierē nō contristan-
do. s̄ timorē dñi dereliquit. uoci
illi obediens pot̄ qm̄ diuine. **V**ti
nam magis timor dñi p̄ualuisset
in eo. sicut de xp̄o signant̄ legitur.
qua repleuit̄ eū sp̄c nō pietatis sed
timoris. **I**n omnibus enī et p̄ omnia
pietati p̄ unox̄ timor dñi preferen-
dus ē. et solus ip̄e est qui totū sibi
debeat hominē uendicare. **I**n his
ergo trib̄. timore. pietate. sciencia.
mediator n̄r̄ reconciliauit hōm̄nes
dō. **N**am i cōsilio et fortitudie de
manu adūlarū liberauit. **C**onsilio
siquidē. pristino iure p̄uauit hos-
tem. data potestate ut manū inice-

ret innocenti. fortitudie pualuit. ne uolent possit retine redemptos. dñi uictor. ab inferis redit et uita omniū cū eo surrexit. Arunde cibatur nos pane uite et intellectu. potatur aqua sapie salutaris. Est enī intellectus rerū spūaliū. et inuisibilū uerus aīe pāis. pfirmans cor nrm et ad omne opus bonū roborans et in omni exercitio spūali. Carnalis autē qui nō pcepit ea que sūt spū di. s; stulticia illi uident. gemat et lugeat. dicens. Aruit cor meū quia oblitus sū comedere panē meū. Ecce enī uera et pfecta uitas est nō prodesse hōi si mūdū unūcūq; lucret. aīe uō sine detrimentū faciat. S; quādo id cape possit auarus. Sine causa laborat. quisq; ei psuadere conat. Ut quid hoc. Nempe quia stulticia illi uidet. Quid uerius. quā nugū xpī eē suauē. Appone homī seculari. et uide si nō lapidem magis qm panē reputabit. Et certe huiusmodi intelligentia uitatis mēne uiuit aīa. et hic cibus ē spūalis. Non enī in solo pane uiuit homo s; in oī uerbo qd pcedit de ore di. Verū tamē donec sapiat tibi uitas. nō sine difficultate ad interiora trahit. Vbi uō in ea cepis oblectari. iam nō cib; s; potus est. et sine difficultate intrat ad aīam. quo intellect; spūalis cibus intelligentie. potu sapie digerat. ne ipius interioris hominis artib; id est affectib; siccitate laborantib; oneri magis sit qm utilitati. Ex omib; ergo que saluandis

fiānt plis necessaria. nichil penitus defuit saluatori. Ipe enī est de quo p̄ciuit ysaias. Egredietur uirga de radice yesse. et flos de radice eius ascendet. et requiescet sup eū spū dñi. spū sapie et intellectus. spū consilii et fortitudis. spū scie et pietatis. et replebit eū spū timōris dñi. Illud sane diligēt attende qd florem hunc de radice nō de uirga dicit ascensurū. Item si noua xpī caro in uirgine creata esset de nichilo qd estimauere nō uulli. nō de radice flos. s; forte de uirga dici potat ascendisse. Hūc autē qui pōit de radice. sine dubio p̄mū ab origine. p̄mū habuisse matiam p̄batur. Nam quod sup eū spū requieuit. nichil in eo contradictionis fuisse declarat. In nob; quia nō omniū superior est spū nō requiescat. carne nimirū adūsus spūritū et spū adūsus carnē scipiscente. A quo nos p̄fluctu liberet in quo nichil simile fuit nōius homo qui uerā carnis mē suscepit ymaginē. s; uetus fermentū concupiscentie nō suscepit. Amen. Item uñ sup

D Ascendet sicut pluma in uellus et c. O singularis glā marie. o gloria uirgis. o gratia saluatoris. o grā admirabilis. o grā singularis. O tu penda dignatō plis. stupenda dignitas matris. qualis quanta uite dignatio plis. filiū p̄ris fieri filiū hominis. dñm glē fieri filiū marie.

qualis quanta ue dignitas matris ha-
bere fructu fecunditatis cum flore
uirginitatis? inuigine habe filium non
qualemcumque sed deum. Vere singula-
ris gloria marie. Descendet sicut plu-
uia in uellus et **Q**uis quo. unde
ul' qui descendet. sicut pluuia in
uellus. **Q**uis descendet. **N**aut
dubium. quia xpc ihc. **I**n unde que-
ro ul' quo. de sinu patris in utero vir-
ginis. **I**n quis ueniendi modus.
Sicut pluuia in uellus descendit.
ut saluum faceret genus humanum
te laudamus deus noster. **E**cce quis uenit.
ecce unde uenit. ecce quo requie-
uit. ecce qui descendit. **Q**uis
uenit. **H**ic erit magnus et fili-
us altissimi uocabitur. **U**nde uenit.
A summo celo egressio eius. et egressio
eius adiebus eternitatis eius.
Quo descendit. **E**cce uigo percipiet
et pariet filium et uocabitur nomen
eius emmanuel. **Q**uomodo descen-
dit. **S**icut pluuia in uellus. et
stillicidia stillantia super terram. **Q**uod
facit pluuia in uelle? stillicidium
in tellure. **Q**uid in quomodo operatur
aqua in lana? uonda mitra. **P**ro-
fecto et absque ambiguo lanam lauat
et terram rigat. **L**auat ad emundati-
onem. rigat ad fructificationem. **S**ic
perfecto una eademque aqua sapientie
salutaris. una eademque gratia
saluatoris. uirginem matrem fecun-
dat et mundat. **M**entem mundat. uen-
tre fecundat. **M**undat mentem ad
summam puritatem. fecundat ven-
tre ad excellentissimam plenam. **O**

172
summa puritas. o singularis fecundi-
tas? quam benedictus fructus uentris.
quam gloria puritas mentis. **B**ene-
dicta tu inquit in mulieribus et benedictus
fructus uentris tui. **S**ingularis
gloria marie. **D**escendet sicut plu-
uia in uellus. uirginem mentis. **D**es-
cendens sicut stillicidia stillantia in-
terram uirginem carnis. **I**lla emun-
dauit. istam fecundauit. **I**n nunquid
mundauit solam mentem? nunquid fecun-
dauit solam carnem. **I**n immo absque
omni ambiguitate et sine omni contra-
dictione mundauit mentem et carnem.
fecundauit carnem et mentem. **U**na
eademque gratia saluatoris exterminat
ignorantiam mentis. extirpat om-
nem concupiscentiam carnis. **U**na ea-
demque aqua sapientie salutatis carnem
uirginis fecundauit ad plenam. et men-
tem matris ad omnem uirtutem. **I**na-
ritate et eadem mentem reddidit uicis
uicium. uirtutibus plenam. **U**ni eademque
carni contulit fructum fecunditatis.
et seruauit florem uirginitatis.
Vere singularis gloria marie. **Q**uid
est uellus nisi lana a carne decisa?
et a carne sublata. **O** quale uellus
illud uirginem pectus longe remo-
tum. valde alienum a desiderijs carnali-
bus et sordidis corporis passionibus?
O quale uellus uirginem mentis
mundi cogitat? **O** quale uellus uir-
ginis pectoris casti affectus. **O** qua-
le uellus uirtutum omnium ornatus.
Quis non gaudeat se ueluti posse
de uirtutum uelle bene uirginis marie.
O quibus. o qualis. o quam gloriosus

ornatus ecclesie catholice. de hoc vel
lere virginis marie. Omnis gl'a ei'
filie regis abintus infimbrijs aureis
circumacta uarietatu'. s; de hoc
uelle virginis marie. **P**ilis carnis.
pilis sordidis. pilis caprimis adig
nomina tegminis. si no hoc uel
lere uestiaris. **C**ompa si placet
pilos cu lana. et excompacōne col
lige si placet q' sit spalis gl'a in vir
gine et ex uirgine maria. **C**ollige
lanā in piloz opacōne. et ex eius
qualitate collige sublimitate. et
subtilitate mentis uirginee. **O**
cogitacōnes sbtiles. o. sensus subli
mes. qui de mente uirginea surgūt.
qui se no in piloz morem. s; i lane
similitudine sbtilius et longius ex
tendūt. **O**sbilimes. o. sbtiles vir
ginis intellectus. o. sbilimes. o. sbtiles
uirginis affectus. o. speciosū. o. gl'osū
uirginis pectoris uellus. **E**x hoc
pectore omniū uirtutū. ex hoc p'tore
toti gr'e cumulus. et ecce qualis
uirginis marie uellus. **S**pecialis
gl'a in uirgine et ex uirgine maria. descē
dit sicut pluuia in uellus et sicut stil
licidia stillantia in t'ra. **Q**ue est
illa t'ra? nisi matris diu' caro uirgi
nea. **R**orate celi desup et nubes plu
ant iustū apiat t'ra et germiet salua
torē. **D**e hac t'ra uitas inqt p'p'ia or
ta est. **E**x hac t'ra. g'minat illud
lignū fructifer qd plantatū ē sec'
decursus aqz. qd fructū suū dabit
in tēpe suo. **D**e hac inqim t'ra g'mina
ut lignū uite. nec qualiscūqz. sed
uite etne. et in etnū bte. **O**lignū

uerū? o lignū fructiferū: o lignū
salutifer. **F**lores habet interne
pulchritudinis. fructus h't eterne
b'ficidōis. **O**res miranda et ualde
stupenda. **I**n uno eodemqz ligno.
sic fructus aduenerūt ut flores nō
recedant. sic fructus maturestūt.
ut flores nō marcescant. **I**n hac t'ra
iuentus est lapis ille sine manibus
excisus. qui creuit i montē mari'.
et impleuit uniuersam superficie terre.
Puto quia in hac t'ra secūdu moysi
sententiā nascit aurū. et aurū illū
t're optimū ē. **I**bi inuenit **bedellium** **bedellium**
et lapis onichin'. **S**; quid dicitur su
u' de illi' t're auro. tam optimo auro
tam p'cioso. **P**uto qd scdm hoc qd
in job legit. qm et hunc auro locus ē
i quo conflat. **S**; quis queso hui'
oflatois locus. **A**n forte est ipse
uter' uirgineus. **Q**uis hui' opis
oflatois atqz mūdator? nisi spc scs.
Hui' sane opacōne iuentre uirgi
nali oflatū est aurū et decoctū ad
purū. natura hūana purgata. et
ab omi labe mūdada. ubo uita.
et in unā plonā iuncta. **I**n hoc cō
flatorio. et ex hui' modi auro forma
tus ē anulus lapis p'ciosus ipolit'.
forma sūmi regis et ymago ipres
sa et plene expressa. **A**urū opti
mū. caro est xpi? lapis p'ciosus
aīa xpi. figura et ymago patris
diuinitas xpi. **Q**ui cū sit splendor
gl'e et fig'a sbstantie ei'. nichilomi'
tam hūanitati nr'e est unitus. et
ex duabus naturis tribusqz sub
stantijs q' in unū anulū est con

nunctus mediator di & hoim homo
 xpc ihc. **H**uiusmodi signatlo sig
 natu est illud edictu uel cyro
 graphu. in quo libata e captiuitas
 iudeor. **H**ic est anulus aman pn
 cipi oblatu & mardocheo regia de
 mentia missus. & que hetica pusi
 tas pdidit. ordo doctor catholicoz
 acquisiuit. **E**cce qualia & quanta
 bona stulit nob virgo & mat uostri
 saluatoris. **E**xenus uelle uestim
 & ornami. ex fructu tre illius pascim
 et sanam decoram & coronamur ut
 in etnu gloriem. **Ite unde supra**



Millus est gabriel
 angelus a deo in
 ciuitate galylee
 cui nomen naza
 reth. **M**iraris qd
 nazareth parua

ciuitas: et tanti regis nuicio illustre
 tur. & tanto. s magni latet in pua
 ciuitate thesauri. **L**atet in qm. s
 homies latz. no deu. **A**n n thesauri
 di maria. **U**bicunq; illa. & cor eius.
Oculi eius sup ea. **U**bicunq; respicit
 humilitate ancille sue. **N**ouit celum
 vngenu di pns. **S**i nouit celu et
 nazaret. **Q**uid ni sciat patria sua.
Quid ni nouit hereditate sua. **C**elu
 ex patre. nazareth ex matre uendi
 cat sibi: sicut ipse se & filiu dauid. &
 dnm ee testat. **C**elu celi dno. tram
 aut dedit filius hoim. **L**edat qd ei
 utriunq; necesse est in possessione q
 no in dno. s et filius homis e. **A**u
 di ecia qm tram sibi tanqm filius
 hois. n ni uendicat. s et amittat

tanqm sponsus. **F**lores apuerit
 intra. **N**eq; hinc discrepat. quod
 nazareth intptat flos. **A**mat flo
 rigeram pnam sua. flos de radice pel
 se & libent ut lylia pastit flos cam
 pi & lilu uallu. **C**omdat flore pulch
 rudo suauolctia. & spes fructus: gra
 triplex. **T**erz reputat florem ds
 & bn ei pplatz inte. si tibi nec honest
 te uisacoms decor. nec bone opim
 omis fragrantia: nec intentio desit
 future retribuciois. fructus enim
 spe est uita etna. **N**e timeas maria
 in uenisti gram apud dnm. **Q**uam
 gram: gram plena. gram singla
 re. **S**inglare an gualem. utraunq;
 sine dubio quia plena: & eo singla
 re qu gualem. ipa eni guale sin
 gularit accepisti. **P**o magis sin
 glare quo gualem. na sola omib
 gram tuenisti. **S**inglare qd sola
 hanc muenis pulchritudine. **g**na
 qd de ipa plenitudine accipiant
 uniuersi. **b**ndca tu i mulierib & bene
 dca fructus uentis tui. **S**inglare
 quda fructus uentis tui e. s ad om
 nu quide mentes te mediante p
 uenit. **S**ic miru ros tot olim
 in uelle tot in area. s in illa parte
 aree totus. sicut i uelle fuit. **I**n te
 sola rex ille diues & pdiues. ex ma
 nitus. humiliatus: immens abrenu
 tus. & ab anglis minorat e. **V**er
 deniq; ds & di filius incarnat. **S**
 quo fructu. nempe ut omis eius
 paupertate locupletem: ei humilita
 te subleueni: ei minoratone mag
 nificem. ei incarnatone adheutes

270

deo incipiam' vn' esse cū eo spūs.
Sed quid dicim' frēs? **C**ui nā potissi-
mū uasi grā infundē? sicut supra
meminim'. capax est quidē misericordie
fiducia. pacia uō iusticie. **Q**uale
iam potimus ydoneū grē recepta-
culū exhibē? **B**alsamū ē purissi-
mū. & solidissimū vas requirit.
Quid tam purū? quid ue tam soli-
dū qm̄ hūilitas? **M**erito p̄inde hu-
milib' dat grā: merito respexit
d's hūilitatē ancille sue. **Q**uo nam
merito queris? **E**o utiq; quo aīm
hūilem meritū nō occupat; hūa-
nū. quo min' libe influēt diuine
grē plenitudo. **S**ed ad hanc nobis
hūilitatē: quibus uā erit gradib'
ascendendū. **P**rimo enī cor hōis
quē ad huc peccare delēat. n̄ misē-
ram consuetudinē p̄posito meliore
mutauit. ne sit grē capax. p̄p̄is
uicijs p̄pediat. **S**ecōdo quorū ubi
corrigē mores & priores nequitias
de cetero nō iterare p̄ponit. q̄p̄a tam
peccata p̄tita. licet iam amputata n̄
dānī indeant. dū in eo manent.
grām nō admittūt. **M**anēt autē
donec cōfessione lauent'. donec
succedentib' dignis fructib' peni-
tentie remedio fiant. **S**ed ue tibi.
si forte uicijs & peccis p̄uiciofior
successeit ingratitudo. **Q**uid enī
euidēci' adūsat grē. **T**epescim'
p̄cessu t̄p̄is a furore iustitōis nr̄e:
paulatim refrigescit caritas. a-
bundat iniquitas. ut n̄ sumētur
ī carne qui spū tepam'. **I**nde est
ut unū: sciam' que ad eos dona-

ta sūt nob'. in deuoti p̄it' & ingra-
titudine dñi relinqm'. religiosam
omittim' sollicitudinē: ubi soli curio-
si. faceti: etiā detractores & mur-
muratores vacantes ingris. fugitā-
tes laboris & discipline q̄ciens sine
uota. licet. quasi uō p̄fessi sit etiam
sine uota. **Q**uid ergo tantis re-
pulsam obstaculis: grām nobis
de eē miram'. **I**am uō si ihs iuxta
ap̄lm̄ ut ubū xp̄i ubū grē in eo
habitz. gratis ē. si quis deuotus. si
quis sollicit'. si quis spū feruens?
caueat sibi ne suis fidat mitis. ne
suis imitatur opibus. alioquī ne
huiusmodi quidem aīm intrat. grā.
Mixt' plen' est. nec in eo iam iue-
nit sibi grā locū. **C**onsidet phari-
sēū illū orantē. nō erat raptor. non
iustus. n̄ adul't'. **A**n sine fructib' pe-
nitēcie erat? **I**eunabat bis ī sab-
bato. decimas dabat om̄i que pos-
sidebat. **S**i ingrātū forte suspicam-
ni. **A**udite quid dicat. **D**s g's ago
tibi. **S**ed nō erat uacius: nō ēat ex-
inanit'. n̄ erat hūilis. s̄ elat'. **N**on
quid sibi deēt studuit scire. s̄ ex-
aggerauit meritū suū. nec erat
solida plenitudo. s̄ tumor. **V**acius
p̄inde redit. qui simulant pleitū-
dinē. nā publican' ille qui ex ma-
nuit se ip̄m qm̄ uacū vas exhibe-
curant. grām retulit ampliorē.
Nos g' frēs si grām cupim' inuenire.
abstineam' de cetero a uicijs. ut de
p̄titis quorū peccis digne penitea-
m'. **N**ichilomin' quorū solliciti
sunt & deuotos nos deo & nē hūiles

exhibe. **H**uiusmodi nempe animas gratantur respicit. pro illo respectu de quo sapiens ait. quoniam gratia et misericordia dei in sanctos eius. et respectus in electos illi. Et forte propterea quare reuocat animam quam respicit dicens. reuolte ut in tueamur te. Quo uidehaz uoluptatis. nec in conscientia peccatorum. sed nec in tepore et torpore in gratitudinis aut elationis cecitate persistat. A quo nos quadruplato periculo reuocare et eripe dignetur. qui factus est nobis a deo pater sapientia et iusticia et sanctificatio et redemptio. ihesus christus dominus noster qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

Item Super magnificat Sermo h. be. nardi abbis



Magnificat anima mea dominum. Magnificat uoce. magnificat ope. magnificat affectu. Magnificat laudando. amando predicando. Magnificat. laudandi amandi et magnificandi forma similitudinem et materiam dando. Magnificat anima mea dominum. ipsa magnifice a magifico domino magnificata est. In primis ad ymaginem et similitudinem dei anima mea mirabiliter a domino creata est. sed postea in adam miserabiliter deformat. nunc mirabiliter gloriosius. et magnificentia domino renouata est. Magnificat anima mea dominum. Magnificat omnis creatura dominum. sed amplius super omnem creaturam anima mea dominum magnificat. In omni enim creatura

nihil tam magnifice fecit dominus. sicut animam meam. Sicut dominus uoluit sic factum est. Magnificat anima mea dominum. Dominum magnifica uobis te ipsum. Qui semetipsum magnificauit quantum in ipso fuit deum ex honorauit. et ideo non se exaltauit sed precipitauit. Tuum est te ipsum humiliare. domini exaltare. Et exultauit spiritus meus in domino salutari meo. Vide qualis ordo. Prius cytharam postea psalterium tetigit. prius animam postea spiritum posuit. non enim prius quod spirituale sed quod animale. deinde quod spirituale. Et exultauit spiritus meus. extra omnem creaturam. exultauit se ipsum etiam gaudio saltauit. In quo. Non timeo sed in deo salutari meo. cognosco et amore eius feruendo. et hoc non pro me sed mediante et salute me salutari meo ihesu filio meo singulariter meo. Deus est deus. meus salutaris. meus est filius. Dominum quidem dicitur esse. sed meum solus filius est. et me mediante omnium salus est. Quia respexit humilitatem ancille sue. Non audet ancilla sua nec oculos ad eum leuare. nisi ipse prior ad ancillam suam dignaretur respicere. Ab illo prius super nos respexit misericordia. quia nos uinum despectos misericordia reddiderat misericordia. Ne autem inter omnes specialiter respexit. cui super omnes singulare privilegium concessit. Et inde quia si fuit contenta dicitur. respexit me. aut respexit ancillam suam. aut respexit humilitatem meam. sed se metipsum de preteritis ualde. et firmissima locauit fundamenta ubi tante magnitudinis et pulchritudinis firmus excipiet et seruaret ornamenta. Resper

2

3

ut inquit humilitate ancille sue. Singula
verba sua pondere librata sunt. Sunt enim
ancille et non humiles. Ancilla fuit a-
gar. et superba. dominam suam desperit.
Sunt multe satis humiles. et non usque
ad ancillas. et multe humiles etiam an-
cille. et non domini. Humilitas ergo temp-
tati sui. ancilla famularum sua deuotione
commendat. Resperit humilitate ancille
sue. Resperiendo me per gratiam suam.
et humilem me fecit et ancillam suam.
Quam inquit. suam me fecit. et in me suum
spirituale opus fecit. Ecce enim ex hoc be-
atam me dicent omnes generationes. Ad-
dilatatam cor. quam pluribus oculis
omnem subito creaturam in una beatitudine
collocanda simul aspexisti. Ecce
inquit. Intuentis est hoc uerbum et dem-
onstrantis. Ecce indeo quid futurum
sit de me. quis fructus procedit ex me.
quod et quanta bona. non michi soli sed om-
nibus generationibus prouentur per me. Bea-
tam me dicent omnes generationes. Beatum
me non dicent. nisi de eadem beatitudine
quam habeo aliquid attingent. Quomodo
eructabit qui non manducat. Beatum
me dicent de cuius bono fructu per-
cipient omnes generationes. Ex meo fruc-
tu benedicent. et cum omnes benedicent.
omnes tamen beatam singulariter me dicent. Omnes
inquit generationes. Generationes celi
et generationes terre. omnes angeli et omnes
electi. Nam et in angelis generationes sunt.
vnde dicitur per spiritum et ex quo omnis pa-
tritas in celo et in terra nominatur. Alii enim
alii in celo patres sunt. quibus paci-
na karitate prestantur. in quibus generantur
et exprimitur uere paternitatis affectum.

Ex summo enim patre omnis eorum paternitas
nominatur. quia sicut summi et uere patres
omnes patrie diligit et docet et regit.
ita et ipsi secundum donum paternitatis quod
acceperunt subiectos sibi patrie dili-
gant et docent et regunt. Sic et boni
patres. qui sunt in christo a summo patre
paternitatis sue munus accipiunt. secundum
quod et ipsi plus uel minus ad noticiam et
amorem summi paternitatis accedunt.
Omnes generationes beatam me dicent. B. 26
Angelicarum namque generationum nostris per
meum generationem re integrabitur. et hominum
generationem in adam maledictam. per benedictam
fructum uentris mei ad eternam benedictionem
regnabit. Intus has et super has omnes
generationes. beatam me dicent omnes ipse
generationes. Merito ergo domina beatam te di-
cent omnes generationes. que omnibus
generationibus ueram et eternam beatitudinem
genuisti. Quia fecit in magna
qui potens est. et sanctum nomen eius.
Hoc inquit quod omnes generationes me benedi-
ficant. non in me attribuo. non meis ascri-
bo meritis. sed ei qui fecit in magna.
Ex hoc enim benefactor ab omnibus. quia
ab ipso benedicta sum. quasi in speculum
beatitudinis omnibus preposita sum. Quia fe-
cit in magna. Exp Non enim aliquod
magnum fecit in. sed multa magna.
Magnum est per se. quod uirgo sum. magnum
per se quod mater sum. magnum quod simul
utrumque et uirgo et mater sum. Et cuius
mater. Dei unigeniti plasmatoris et
saluatoris omnium. Fecit in magna.
Non potest narrari. non potest cogitari.
magnitudo et multitudo bonorum que
fecit in. Et quis nunc est ille qui tam

magna fecit tibi. **Q**ui potens est et
 scdm nom ei. Nolite mirare nolite di
 ce qm possut hec fieri. potens est ille
 qm fecit hec. potens est. imo omipote
 tens. **P**otentia eius attendite. q
 omnia quetuncq; vlt potens est face.
Magna sut que attenditis i me: s
 magna e illa potentia. que ta mag
 na fecit m. **E**x magnis & mirabilib
 que fecit i me. magna & mirabilem
 potentia illi ppendite. **R**e quare
 hec tam magna fecit tibi. **Q**uia
 scdm nom eius. **P**ter nom suu no
 ppt meū meitū. tam magna fecit
 michi. nom suū qd est mirabile &
 scdm et ineffabile voluit i me decla
 rare. **Q**uod e hoc nom. **B**onus.
Quia nemo boni nisi solus ds. **A**r
 go ppt solam bonitate suā tā mag
 na fecit m: quia & potentia et boni
 tate suā in me voluit declarā. **P**o
 tens enī singularit & scdm nom eius
 sicut in ipso scdm est nom ei. sic scdm
 fiet et in nobis. **S**icut in ipso abet
 no pdestinatu est. sic ppleatur in
 nobis. **R**e mīa ei' apgeie mpygeies
 timētibus eū. **E**cce nom eius qd
 dicit mīa ei'. **V**bi. **I**n progenies.
Audea in omes gentes: ul' ab ini
 cio seculi usq; in fine. mīa ei' impē
 ditur nō passim s timētib' eū. **N**ō
 est psonar accepzio apud deū. **J**u
 deus & gēus barbar' & scita seruus
 & lib. masculus & feia in omī gence
 & pgenie. si timet deū et opatur
 iusticiā acceptus ē illi. **M**isericordia
 eius timentib' eū. **A**t amore incipi
 tur. ut ad amorē pueniat. **N**on

Ortho

7

de sperent adhuc timētes p peccis
 suis. qm mīa illi sup timentes eū.
Mīa eius remittit peccā timentib'
 eū. remissio peccōz nutrit amorem
 sciencib' eū. qui aut diligūt eū.
 nomē eius agnoscūt. **A**mor ipa
 noticia est. **S** qnto adhuc a noti
 cia distant. tanto etiā eū min' a
 mam'. **S**i aut nōdū pfcē possim'
 quia nec pfcē nouim'. ul' eū amore
 timeam'. **Q**ui aut sine amore ti
 met? nō filius s seruus ē. et hic
 timor penā hē nō mīam. **F**ecit
 potentia in brachio suo. **N**atura
 quidē filij erant' ne. s p redemp
 tionē ihu xpi scdm sum' filij mīe? qm
 fecit potentia in brachio suo. allu
 gans fortē et uasa eius diripiens.
Alioq; nisi nos filius libass' et p
 mortē suā teo recōciliass'. nō eēt
 sup timentes blandies mīa s sup
 timētes eū pumens iusticia. **Q**uā
 dispit supbos mente cordis sui.
Quā ergo vniūse vie dū mīa & ue
 ritas. sicut sup de mīa qua hūiles
 redemit. ita nūc et de iusticia qua
 supbos iudicat. agit. & qm gemi
 nū pietem ex utrisq; uicissim trac
 tando stituit. **D**ispit supbos
 mente cordis sui. **A**bnicio mīoi
 tam hoies qm angli supbiētes sūt
 dispiti. **P**iectus ē de celo draco mag
 nus sathanas. et dispit eū p hūc
 aerē tenebrosū. qm in unitate ue
 ritatis stare noluit. **Q**ui enī in ve
 ritate di collicū nō est. in sua ua
 nitate dispit est. **D**ispiti sūt sup
 bi qui edificabāt frim babel. qm

Pona

unitas lingue eorum in multitudine scilla
est. Omnis superbus eo ipso quod super-
bit. dispersus est. Quid enim super-
bia? nisi puluis in altum sublatus et
in ventum dispersus. Dispersit superbos
mente cordis sui. hoc est eos qui
superbunt mente cordis sui. Quia di-
lucide secretum pessime elationis la-
tribulum reserauit. Est enim quedam
quasi bruta et inilis superbia. que omnibus
etiam stultis palam est. que maxime
in carnalium sensuum voluptate mora-
tur. sicut est aut de nitida carne.
aut de pulchra ueste. aut de cibi
aliquo in mundi desidio expleta vo-
luptate gestire. Est et alia que
sibi pulchrior videtur superbia. et tamen
longe turpior. sicut est de scientia vel
potentia. vel de in genium subtilitate.
super alios extolli. et ceteros quasi peco-
ra pro se reputare. que per claros huius
seculi solis occupare. Est et tertium
genus detrimendum. ut de virtutibus de-
miraculis. de intelligentiis angelorum
lignis vel mysticis celestibus apud
se gloriari. Isti enim sunt qui superbunt
mente cordis sui. Mens subtilitas
est intelligentie. cor affectio inanis
glorie. Et bene additum est suum. quia
et si a deo aliquam habent scientiam. sed
tam a se ipsis habent extollentiam.
Omnis ergo gentes superbas dispersit.
pecora campi. uolucres celi et pis-
ces maris. Isti etenim pisces qui
retra rumpunt. qui vtilia riman-
tur. qui inter fideles quasi inanis
humiles esse videntur. sed tamen non de-
fluunt dulcedine. sed de maris

amaritudine sunt pisces maris. ideo
non celi sed maris semitas pambulant.
Nam et si aliquid celeste quasi in aera
saltando precipiunt. totum in profundum
maris demergunt. At uolucres
celi manifesta leuantur superbia qui per
temporalis gloria quasi utique sidera tan-
gere sibi inuentur. quale sacra historia
describit. antiochum fuisse vel hero-
tem quales etiam multos hodie. quos
non legem. sed lugere licet et uide. Pecora
enim terre. hoc est homines gula tantum et
luxurie rediti facilius resipiscunt ad
aboli laqueo. quam qui preceserunt sunt
in oculis suis. Dispersit igitur superbos
mente cordis sui. quia ex omni genere
superborum quosdam sterit ut metum
peant. et quosdam humiliat ut ad uitam
redeant. Deposuit potentes de sede
et exaltauit humiles. Primo demo-
nes rationes tenebrarum harum qui poten-
tes erant in effectu malicie sue a sua
potentia infirmant. et extians gebu-
sen de iherusalem regni sui sedem in ca-
collocant. Deposuit potentes de
sede. quam prout sermo usque ad regem
summe. hoc est usque ad imperatores
huius seculi. et descendit de solio suo
indutus sacco et cinere et humiliant se
ut ab ira declinaret. Deposuit saul
et exaltauit dauid. Deposuit et su-
perbum achab de sede sicut ad prophetas suam
dicit. Nonne uidisti humiliatum achab
coram me. Sed quia in humilitate non per-
mansit. ideo exaltauit humile sed su-
perbum dampnauit. Depouit etiam coe-
tidie potentes huius seculi. alios qui
de ad supplicium eternum. alios ad humili-

tatis regnū. **H**abet in manu sua
staterā suā. et cui vult miseretur. quē
vult indurat. **Q**ui autē hūc depositū
dāpnat. et hūc repositū saluat. ipse
sibi in thesauris suis reconditū ser-
uat. **U**nū hoc pēto scire licet. quia
si nō hūiliam nō saluam. **E**surientes
implent bonis et diuites dimisit in
anes. **P**rius hūiliauit. postea pa-
uit. **P**phetie spēs ē. futū iam q̄ p̄tita
narrat. nōdū enī bonis impleti sunt
esurientes. **S**i enī boīs impleti. q̄
nō esurientes. **E**t si esurientes q̄m
boīs impleti. nisi forte dicam. scdm̄
illud in quē cupistūt angli p̄spice.
qui tamē semp vident faciē patris. et
esurientes sūt et impleti bonis. **H**nt
desidiū in satietate. et satietatē in de-
sidio. **S**atietas illa sine fastidio.
et esurries sine cruciatu. imo ipsa
bta esurries semp satiat eos. **S**ic nō
sicut in p̄ia sic in uia sitiunt et esu-
runt iusticiā. **I**n p̄ia satiabunt cū
māifestabit gl̄a. tū etiā h̄i uia esu-
rientes implent boīs. quia dat illis
estā in tempe oportuno. **B**onis im-
plent. malis euacuant. **I**mplent
boīs. hoc est spēs s̄i donis. **E**surie-
tes implent nō fastidiētes. paupes
satiānt. **N**am diuites dimisit in
anes. **D**iuēs ēat esau. ideo fr̄s
sui dona nō curauit. **H**eo inquit
plura. sunt tua tibi. **D**iuēs erat
ietro sacerdos agnat. moyli. ideo no-
luit sentire ut irent cū eo ad bona
que pmiserat isrl. **D**iuēs ēat yram
rex tyri. ideo ciuitates q̄s separa-
bat ei salomon p̄pendit. **M**ū

70
qm̄ ḡ diuēs et plenus tibi uide-
aris. ne in anis et uacuis tibi dimit-
taris. **D**ic semp dño deo tuo ege-
nus et paup sū ego. in manu tua
dñe p̄is et uestimētū est aīe mee.
Si dedis in pane ad extendū et uesti-
mentū quo opiar. eis in m̄dū et
lapis iste insignū. **S**i autē egypto
dedim̄ manū et assiris. ut satu-
rem pane. iam extendim̄ manus
nr̄as ad deū alienū. **A**d hoc ergo
pascit et uestit nos d̄s in uia ista. et
esurientes implet boīs solatōib. suis.
ut tandē efficiam̄ isrl id ē p̄templa-
tū. **T**unc enī hoc est in p̄templa-
cōne. **S**uscepit isrl puer suū. **A**m
diu uocat iacob in laboub. sudat.
in aliēo quidē s̄ fidelit. seruit. **A**t
ubi ad p̄em suū cū tota s̄ba rediit
iam tūc aliud nom̄ sortit. hoc est
isrl. **Q**uāe suscepit dñs isrl puer
suū. **S**uscepit reitente de meso-
potaamia syrie. fatigatū labōib.
et erūpnis. spūantē iam ad inuen-
dā faciē p̄is. **S**uscepit nutendū
suscepit p̄ficiendū. et usq. ad faciē
suā p̄tendū. **S**uscepit isrl pue-
rū suū. nō supbū s̄ hūilem. nō p̄lo-
sū s̄ lenē. nō venatorē s̄ pastorē.
Et quare suscepit eū. **R**ecordat
nr̄e sue. **H**ec sola causa ē. quare
suscepit eū. ut ostendēt diuitias
gr̄e sue in uasa m̄ie t̄ue p̄pant iglo-
riā. **V**idebat oblitus ēē miseri d̄s
qm̄ usq. in finē secl̄brū distulit mit-
tere filiū suū. **S**ic recordat. ē quod
nūq̄m oblitus fuit. ut nos semp
memores sim̄ et in etnū misericōdias

domini cantem? **S**uscepit israel puerum suum? suscepit naturam. suscepit causam. suscepit negotium eius. **S**uscepit pro filium suum. suscepit in filio puerum suum. id est totum corpus eius apud iusto usque ad nouissimum. **S**uscepit eum in odore suauitatis sacrificium uespertinum. suscepit eum in hereditate in marcescibile et in otaminata seruata in celis. **N**ota quod finalis usus cantici huius mensura est. **A** mensura incepta mensura finit. circa misericordiam ubique usat. **D**icitur locutus est ad patres nostros abraham et semem eius in secula. **V**ltimum iste usus est qui decalogum adimplet. quoniam in decem continetur summum tabernaculum. **I**n hoc usu et promissorum dei ueritas et utriusque testamenti auctoritas et omnium credentium unitas comprobatur. et uerentur ad omnia et ad singula superius dicta referuntur. **Q**uis si dicat. **H**oc et hoc fecit in qui potens est et misericors et iustus et uerax in omnibus uerbis et opibus suis. **I**ta inquam opere impleuit omnia. sicut locutus est ad patres nostros. **E**t semel quidem locutus est deus qui creauit omnia. **S**ed quod semel in ipso eternaliter factum est. hinc qui temporaliter decurrunt semel in ditari non potuit. **V**nde in scripturis multis modis locutus est patribus. sed tamen non nisi per parum et obscure et per pauca de hoc uerbo agnoverunt. donec nouissime locutus est nobis in filio quem semetipsum expressius intimauit. **N**ec dum tamen uerbum illud nisi per speculum in enigmate. et a paucissimis

uideat. donec tandem nouissime in splendore sancti eruditio patris ante luciferum gentis ab eis agnosceret. **A** principio quod locutus est ad patres nostros quod in fine seculorum cepit declarari. ut uideamus lapsum et antiquos patres et nouos filios in uerbo fidei caritatisque compagine colligaret. esset quod una colubina et una speciosa et que uenturam credidisset. et que uerentem excepisset. **I**n tunc quos utique patres. eggius et princeps et maximus fuit abraham. in cuius semine estimantur omnes fideles. quibus etiam non loquitur deus per collupnam in die. et per collupnam ignis in nocte. et loquitur in secula super uentura. non per speculum aut per uisionem. aut per sompnum. sed per ipsum loquitur semel omnibus facie ad faciem cum tradidit regnum deo et patri et cito deus omnia in omnibus. **S**ermo in palmarum de tribus ordinibus obsequentium christo.

Du sine causa spiritum sponsi parit et dei sui habens ecclesia processionem hodie noua quadam et mira iuncti one addidit passioni. **N**am processio planctum habet passio planctum. **Q**ui ergo sapientibus et insipientibus debitores sumus. uideamus quid utriusque conferat hęc iunctio. **E**t prius quidem quid secularibus indicet. quoniam non prius quod spirituale sed quod aliud. **V**ideat secularis anima uideat et intelligat. quoniam extrema

gaudij luctus occupat. **P**ropt' hoc
 eni qui cetera quocq' cepit facere & docere
 non solum ubi predicans. s. et exemplis.
 quod ante predicaverat per prophetam. quoniam omnis
 caro fenuit. & omnis gloria eius tanquam
 flos fenuit. etiam apparens in carne ma-
 nifeste probare voluit in se ipso. **V**nde
 & processione gloria voluit sublimari.
 quoniam paulo post sibi novit in unum
 die ignominiosissime passionis. **Q**uia
 ergo sperare iam debeat in incerto glorie
 temporalis. cum videat in ipso ipse qui
 peccatum non fecit creatore temporum et
 conditore universitatis post exaltationem
 tantam. tantam nichilominus humilia-
 tionem sequi. **I**n eadem enim civitate ap-
 paret eadem. & eodem modo
 de processione gloria
 bus honoratur. & in
 gratias & tumel-
 steleratis reputa-
 tore leticie finis
 temporalis. **P**rophetam
 pheta. ut cauter dno hanc em-
 & non pugnat. id est processione habeat
 quoniam passio non sequatur. **V**obis autem
 hanc tanquam spiritualibus spiritualia con-
 pantes. in processione quidem celestis
 patrie representant gloriam. in passio-
 ne monstrant misericordiam. **N**am si in proces-
 sione quidem venit tibi in mentem fu-
 tura illa leticia & exultatio multa
 nimis. quoniam rapient in nubibus obviam
 christo in aera. si tota concupiscentia vi-
 dere desideras die illam quoniam suscipie-
 tur in caelesti iherusalem christus dominus caput
 cum omnibus membris portans triumphum
 victorie. applaudentibus non iam po-

pularibus turbis. s. ututibus anglicis
 clamantibus iudicibus ipsius utriusque testa-
 menti. benedictus qui venit in nomine
 domini. **S**i inquam considerasti in processione
 quo processum sit. discere in passione qua
 sit eundem. **N**ec est enim via vite. tri-
 bulatio pennis. via glorie. via civitatis
 habitaculi. via regni. secundum quod clamat
 latro de cruce. memeto mei donec dum
 venis in regnum tuum. **V**entem in reg-
 num vidit quo cum pervenisset sui memo-
 re fore rogavit. **V**enit ergo & ipse
 & si vis nosse quoniam processio via. eadem
 die meruit. cum domino esse in paradiso.
Tolabile proinde reddit passionis la-
 bore gloria processione. quoniam amanti
 nichil difficile est. **N**ec mireris quod
 in processione celestem dixerim replem-
 tari. quoniam unus & idem intrare susti-
 nit. & si longe aliter. & ab aliis. **I**n
 ac enim processione irrationali in merito
 ipse invidet. in illo vero in mentem qui-
 tem futurum est s. rationale. quoniam homines
 & in tanta saluos facies donec. **Q**ui si
 mile est illud. ut in mentem sanctus sui ap-
 te. & ego semper tecum. **E**t vide si non
 de processione loquitur cum sequitur. **L**e-
 nuisti manum dexteram meam. & in volun-
 tate tua deduxisti me. & cum gloria
 suscepisti me. **I**bi certe ne ipse qui-
 de pullus deerit. quoniam et si mur-
 muret hereticus pueros venire non
 sinens. puulorum baptismati detra-
 hens. qui parvulus natus est. & prima
 elegit aciem puulorum. innocentes loqui-
 tur. hodie quocumque puulos a gratia non exclu-
 dit. quia si pietati in congruum. nec
 maiestati eius difficile est ut sup-

pleat min⁹ grē. qd min⁹ in eis habet
natisa possibile. **I**bi n̄ ramos arbor-
nō uilia uestim̄ta pplaris turba pro-
sternet: s̄ demittent pennas suas
aīalia sc̄a. deponent coronas suas
ante thronū agni. viginti quatuor
seniores: et uirtutes om̄is anglice q̄
quid habent glorie ul' decoris totū
ei attribuat. totū attribuit illi.
Tam uō qm̄ de iumēto et uestibus
ac ramis arborū mencio facta est.
psidare diligentius lib: triplex ob-
sequiū. qd̄ in processione hac exhibe-
ri uideo saluatori. **P**rimū quidē
aiumēto cui insidet: secūdu ab hys
qui uestim̄ta psterunt: tciū ab hys
qui ramos de arborib' cedere p̄hibe-
tur. Nonne tam om̄s reliqui ex
eo qd̄ habūdabat sibi mittūt et q̄
sine labore dño obsecunt: solū uō
iunūtū semetipm̄ exponit eius
sequo. **S**ilendū michi ē ut elaci-
nē caueatis: an magis loquar ut
beat̄ solacionē. **I**umētū cui
insidet x̄pc. nōne uos estis: iuxta
p̄ceptū apli glificantes et portantes
dēū in corpib' ur̄is. **E**xpendunt
enī seclares hoīes in obsequiū dñi
nō quidē corpa: s̄ que adiacent
et sūt necessaria corpib'. cū de trena
substantia elemosinas largiuntur.
Plati s̄ ramos cedūt de arboribus
ibi causa tū de fide et obedientia
abrah̄e. de castitate ioseph. de man-
suetudie moyli. retōrūq̄ scōrū uir-
tutib' englizant. **V**erūtām et hū
de p̄mptuarijs plenīs largiuntur. et
im̄ qd̄ accepit gratis. gratis nich

ilominū dare iubent. **O**m̄s tam̄
si fidelit' suo quisq̄ intentus fuerit
misterio. in processione sūt saluatoris:
et cū eo ingredunt' in sc̄am ciuitatē.
qm̄ tres p̄uidit p̄p̄a saluandos. **N**oe
cedentē ramos in arche fabricā. dan-
elem i uili edulio et labore abstinen-
cie sc̄m tam̄q̄m iumentū saluato-
remq̄ portantē. **T**erciū quom̄ iob
bene dispensantē subēam hui' mudi.
et de uellerib' ouū suarū paupm̄ late-
ra calefacientē. **C**ui tam̄ ex processio-
ne illa ih̄c p̄m̄quior. cui de tribus
adhibitis salus incunior facile credo
potestis adūtere. **I**te vñ sup̄ de
passione x̄pi et processione et quatuor
dñib' processions
esse est ut loqua-
hodie breuius
angustia tempo
Multa quidē
mūstrat p̄ces
sum'. s̄ eadem
impedit ne p̄nta dicē possim'. **C**ele-
braturi sum' hodie processione. et pau-
lo post audieturi dñicam passionem.
Quid sibi uol' mirabilis ista iunctio.
aut quid cogitauerūt p̄res nostri:
passionē addentes processioni. **N**am
processio quidē merito rep̄ntat hodie.
quia hodie sc̄a ē. **P**assio uō cur ad-
dita est. quā sexta feria constat eē
secutā. **O**ptime utiq̄ processioni
passio iuncta est. ut distam' in ullā
leticia secl' hui' habē fiduciā. scien-
tes qm̄ extrema gaudij luctus oc-
cupat. **P**pt̄ea uō sum' stulti ut oc-
cidat nos p̄sp̄tas n̄ra: s̄ in die bonorū

nō immemores sim' maloz & econ
 isto. **I**stis enī mixtū est seclm pns.
